



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CXXXIV. De Morte quorundam Pruthenorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. CXXXIV.

De

Morte quorundam Pruthenorum.

A principio foundationis sui, in Castro Balga fuerunt fratres & armigeri, adeo magnanimi & audaces, quod vix aliquis exercitus hostium poterat ab eis recedere sine damno. Unde contigit, quod cum Pobravvo cum Nattangis & Warmiensibus exercitu congregato præmitteret noctis tempore multos pedites ad campum de Balga, & ipse mane sequens cum equitibus, pecora fratrum recepisset, occisis tribus Viris, qui custodiebant ea. Frater Gerhardus de Reno & plures alij fratres cum armigeris sequentes illos dictum Pobravve & sex Viros occiderunt & prædam de ipsorum manibus eruerunt.

CAP. CXXXV.

De

Bello civium de Brunsberg infra secundam apostasiam & captione Castri & Civitatis.

Dominus & frater Anshelmus (a) Ordinis domus Teutonice Episcopus Warmiensis edificavit Castrum & civitatem Brunsberg in illa insula in defensu fluvis (b) Sergie vix ad duos jactus lapidis à loco, ubi nunc sitæ sunt, quas Prutheni cum magno Exercitu in primo anno secundæ apostasiæ obsederunt per unum diem fortiter impugnantes. Quibus cives & Castrenses se opposcentes viriliter restiterunt, loca illa castri & Civitatis, ubi aditus poterat patere hostibus, turribus & quadrigis &

CAP.

31